



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

38. De oratione tribulatorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

Matth. 5.

inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Benedicite persequentibus vos, benedicite, & nolite maledicere.

Rom. 12.

Septima, cominus oppugnare eum, qui eminus, expugnari facilius queat. & in similibus vitiis voluptatum, quæ fugiendo vincuntur. Unde 1. Corinth. 6. *Fugite fornicationem.*

Octava, non oppugnare contraria contrarius.

Octava stultitia est, quia non contraria contrariis curare volumus, sed similibus. Aqua nolumus pugnare contra ignem, sed igne: hoc est, non mansuetudine, sed irâ contra iracundiam aliorum pugnamus, cum tamen scriptum sit, quod contraria contrariis curentur. Unde Apostolus: *Noli vinci à malo, sed vince in bono malo.*

Rom. 12.

Nona perforato se clypeo tegere.

Nona stultitia est, clypeo jam perforato se protegere: quod multi faciunt, qui malorum exemplis peccata sua vel excusare, vel defendere conantur.

Decima, vitam sibi de alienâ morte promittere.

Decima stultitia est, de aliena morte fiduciam vivendi sumere, & inde minus arma, & gladios formidare: & non cernimus majores cecidisse. Hac stultitiâ laborant multi, qui malorum exemplis armanantur ad vitia. Dicunt enim: Hoc fecit, vel facit talis magister, vel talis Prælatus. Quid ergo mirum, si ego idem facio?

Undecima, operosè invahi in hostem, qui absque ictu subigi queat. Exod. 14. Luc. 21.

Undecima stultitia est, in repugnando contra hostem laborare, cum possimus eum gloriosius, & securius sine ictu superare. Verbi gratia: Tantummodò patienter sustineamus, quicquid mali nobis fit, aut dicitur, & non vindicemus nos. De quo Exod. 14. *Vos tacebitis, & Dominus pugnet pro vobis.* Et hoc est quod Dominus dixit Apostolis: *In patientia vestra possidebitis animas vestras.*

Duodecima, sibi ipsi vim, nec inque inferre. 1. Reg. 31.

Duodecima stultitia est, te ipsum hostili gladio spontaneè transverberare, neque enim hoc potest hostis, nisi tu ipse gladium ejus in viscera tua morosâ cogitatione, aut delectatione aut consensu, aut opere impeggeris. Hostilem gladium voco cogitatum, quem per suggestionem cordi tuo applicat Diabolus,

A non habens potestatem ulterius impingendi, nisi tu ipse in gladium irrueris, sicut fecit Saul. Subtrahe igitur eorum tuum, & cadet gladius, & tu illæsus remanebis, immò quasi victor coronaberis à Domino. Exemplum de hoc in Vitis Patrum, de illo, qui nocte unâ septem coronas meruit, propter septem cogitationes, quas à se repulit. Has duodecim stultitias sola sapientia curat, quod non faciunt omnia arma bellica per se. Et idè rectè dicit Salomon: *Melior est sapientia, quàm arma bellica.*

De oratione tribulorum,
PUNCTUM XXVIII.

C ERat quondam David, ut sæpè in maximis tribulationibus, ut habetur ex titulo Psal. 101. *Oratio pauperis, cum anxius fuerit, & in conspectu Domini fuerit precem suam, vel ex Hebr. Cum moerore animi cruciabitur, vel operietur, vel involvetur, cum angustiis afficietur, vel torquetur se, cum constrictus erit, redactisque in angustiis. Græc. Cum accedatus fuerit, vel cum labore orat; & ait: Domine, exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Sequitur: Non avertas faciem tuam à me. Qui fieri potest, ut hæc sit oratio pauperis in anxietate cordis positi, ut ab eo non avertat Deus faciem suam? Avertit, sed ut tribulatus oret, ut clamet, nam tandem non poterit Deus non respicere, & exaudire. Unde subditur: Respexit in orationem humilium, & non sprevit preces eorum. ut habet alia lectio, ipsâ jam vulgatâ vulgarior, Respexit in orationem cicadae, quæ scilicet magis occidit, quò magis ardet, unde dixit ille: Silet, dum non ardet. Quò intelligas, quòd in ardoribus, ac flammis tribulationum qui orat, exauditur. Respexit in orationem cicadae. Alij. det. In orationem myricæ, herbæ amarissimæ, Alij. Cajet. In orationem suspirantis. Chald. Cajet. In orationem desolatorum. Hinc ibidem: Chald.*

In quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam, &c. q.d. Tu contribulatos exaudis.

*Psal. 117.
Hebr.
Lorin.
Cant. 2.*

De tribulatione. Hebr. De angustia invocavi Dominum, & exaudivit me in latitudine Dominus. Ubi Lorin. Exaudiri in latitudine, est ex angusto quasi loco in latum transferri.

Vox turturis audita est in terra nostra. Turtur symbolum est tribulatum, ac gementium, cum gemitum habeat pro cantu. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi. Hebr. Ne tradas bestiis animas turturis tua, &c.

*Psal. 73.
Hebr.
Deut. 4.*

Hinc Moyses: Non est alia natio tam grandis, qua habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. quod Onkelius iralegit: Quis est populus magnus, cui Deus ita appropinquet, ut suscipiat orationem ejus in tempore tribulationis; sicut ipse Dominus Deus noster in omni tempore, quo nos oramus?

Onkelius.

Psal. 330.

Hoc sibi voluerunt pauperes illi Israëlitæ ducti in captivitatem, dum nihil aliud ad suum solamen arripuerunt, quam organa musica: non aurum, non argentum, non gemmas pretiosas; sed organa musica arripuerunt, ac secum tulerunt: ut ab eo scilicet, qui tribulatos exaudiat, in ea tribulatione exaudirentur.

Oratio unicum rebus in afflictis solatium.

Job. 19.

In maximis tribulationibus justis præsidium est solamen orationis. Hoc remedio in tot, tantisque ærumnis sibi relicto solabatur se Job: Et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos: hoc est, inter tot ærumnas hoc solum mihi solatium relictum est, ut labiis uti valeam, ut paulisper orare possim: quod certè remedio dum uti possum, non funditus, nec omnino perij.

Hebr. Pint. ibid.

Ezech. 41. Et ostium lateris ad orationem: ostium unum ad viam Aquilonis (tribulationum) & ostium unum ad viam australem (prosperitatum.)

Oratio in adversis signum constantis fidei.
*Cant. 1.
Alij.*

Maximi autem oris unicum est argumentum, in adversitatibus non amittere confidentiam in Deum, sed crescentibus tribulationibus orationem orationi addere. De hoc tali dici potest: Bonus Cypri, dilectus meus, quod alij transferunt

A Racemus camphora, dilectus meus. Camphora accensa vel in ipsâ aquâ ardere perhibetur. Talis autem debet esse anima, quæ Deum amat, ut nec aquæ multæ tribulationum extinguere valeant charitatem, nec flumina adversitatum obruere.

Lippom. in illud, quod dicitur de Jacob: Perterritus dirigit populum. Idem, inquit, timere, & angustiari permisit justus Deus, ut oraret ardentius. Idem notat Cajet. in illud, quod subditur: Remansit solus, ut scilicet commendare se, & suos Deo, sollicitatus ad orandum timore Esäu.

Dum in adversitatibus confugiunt homines ad Deum, necessitatem quodammodo opem ferendi adferunt Deum.

In Paral. pulcherrima historia: Congregati sunt filij Moab, & filij Ammon ad Josaphat, ut pugnarent contra eum, veneruntque numerummas Decem milia, & indicaverunt Josaphat dicentes: Venit quondam vel contra te multitudo magna, &c. Quid agere tunc poterat Rex iste? Quodnam consilium capere? Totum, inquit sacer Textus, se contulit ad rogandum Dominum. Ad arma confugit orationis? Alius se totum contulisset ad congregandum exercitum, ad munitiones parandas, &c. hic totum se contulit ad rogandum Dominum: Domine Deus patrum nostrorum, tu es Deus in caelo, & dominaris cunctis regnis gentium, in manus tua est fortitudo, & potentia. In nobis non est tanta fortitudo, ut possimus huic multitudinæ resistere, qua irruit super nos: sed cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Mox jussu Dei Propheta: Hac dicit Dominus vobis: Nolite timere, ne parventis hanc multitudinem, non est enim vestra pugna, sed Dei. q.d. Antequam Rex vester oraret, & Israëlitæ, vestra erat pugna: sed Dei, in necessitate (sic dixerim) jam ab oratione positi opem ferendi. Et ut constaret auxilium totum situm in oratione, subditur ibi: Et statuit cantores Dominus, ut laudarent eum in turmis suis, & antecederent exercitum, ac voce consona dicerent: Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam, &c. Cumque cepissent canere, vocavit Dominus insidius

*Lippomax.
Gen. 32.
Jacob territus,
ut oraret.*

*1. Paral. 20.
Orans inter
armas Decem
milia, ut necessitatem
auxiliandi ad
fert.*

insidias eorum in semetipfos, & mutuis concidere vulneribus.

Exod. 14.

Hoc idem olim: Cumque appropinquasset Pharaon, levantes filij Israel oculos suos, viderunt Aegyptios post se, & timuerunt valde, clamaveruntque ad Dominum, quibus Moyses: Nolite timere, Dominus pugnabit pro vobis, & vos silebitis. Et vix Moyses genuflexerat, cum Dominus ait: Quid clamas ad me? O quam securus, qui in tribulationibus totum se confert ad rogandum Dominum!

Psal. 67.

Si dormiatis inter medios cleros, inquit Propheta, penna columba de argentata, &c. Hunc locum ingeniorum crucem appellat Geneb. Communis expositio fundatur in lectione, quam idem Geneb. Titel. Aliique afferunt: Si dormiatis inter medias fortes. Alij. inter medios choros. hoc est, mente inter Angelos agatis, si hic mente, & corpore inter choros orantium convertimini, Penna columba de argentata, id est, proculdubio ad evadenda discrimina divini auxilij penna dabitur vobis.

Geneb. Alij ex Grac. Alij.

Aff. 12.

Petrus dormiebat vincitus catenis. Unde ea illi fiducia?

Psal. 68.

Ut erat securus Petrus dormiebat in utranque aurem inter medias fortes? Qui fieri potest, ut tam profundè dormiat vincitus catenis? Oratio nimirum fiebat ab Ecclesia ad Deum pro eo.

Hoc solo orationis praesidio muniebatur se David adversus tot inimicos, de quibus conquerebatur: *Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis, confortati sunt inimici mei iniuste.* Nec solem ab inimicis persecutionem sustineo, sed extraneus factus sum etiam fratribus meis, & peregrinus filius matris meae. Si quid negotij in rebus agendis, si quid aliquando litis occurrit, iusticiam apud homines non invenio, Adversum me loquebantur, qui sedebant in porta, & que non rapui, tunc exolvebam. Ipsi me iudices iniuste condemnant. Quid remedij, o David? Quid solatij in tot adversitatibus? Ego vero orationem meam ad te, Domine, supple, dirigebam: q. d. Inimici mei enses in me suos educebant, lanceis suis in me veniebant, totis suis viribus in me insurgebant: ego vero orationem meam ad te, Domine.

Psal. 3.

Iterum cum eum proprius filius Absa-

lona persequeretur, in Psal. cui titulus est: *Psalmus David, cum fugeret a facie Absalom filij sui,* quosdam ad Deum amatorias quetimonias dabat dicens: *Domine, quid multiplicati sunt, qui tribulant me? Multi insurgunt adversum me.* Domine, tot me insequuntur hostes, torus pennisraël sequitur Absalom. Multi (propterea) dicunt anima mea: *Non est salus ipsi in Deo eius;* hoc est, hac vice salvati non potero, quia vel proprius meus filius querit, me regno, vitaque privare, subditi penè omnes obedientiam denegant, quid agam Domine? *Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me de monte sancto suo.* D. Hieron. ex Hebr. *Voce mea ad Dominum clamabo, & exaudiet me de monte sancto suo* q. d. Cum oravero, securus sum, quin hoc solo orandi proposito securus conquiescere possum. *Ego dormivi, & soporatus sum.*

B

Jacob fugiens a facie Esau fratris sui, in itinere media in via somnum capit. Quid? dormis, & persequitur te frater? Somnus hic fuit altissima contemplatio: *Et ecce scala, &c. Et Angeli descendentes, & ascendentes.* q. diceret Deus: Relinquere cogaris, o Jacob, terram tuam? en caelum. Tuus te frater persequens deserit? en Angeli, ceu fratres descendentes in auxiliu, & ascendentes, ut tuas preces offerant, securus es.

Gen. 28.

C

O quam melius securos nos ipsos redderemus, & eximeremus a periculis medio orationis! O quam citius liberaremur ab adversitatibus, orantes ad Crucifixi pedes, quam quodvis aliud agendo? Erat afflictissima Anna illa in lib. Reg. 1. Reg. 1. Oravit, & flevit ante Dominum, & dicit sacer Textus: *Vultusque illius non sunt amplius in diversa mutati.* Alij: *Non fuit amplius moesta.*

D

Oratio laetitia est in adversitatibus. *Tristatur quis in vobisoret.* Sunt, qui, vanae laetitiae causa, fugiunt orationem: falluntur: orent, orent.

Iacob. 5.

Laetificabo eos in domo orationis meae. *Qua verè vidua est, & desolata.* Quid agere debet, o Apostole? *Speret in Deum, Oratio viduae in festis obsecrationibus, & orationibus nocte, rum desolatarum solameta.*

Isa. 56.

Quid i. Tim. 5. *agere debet, o Apostole? Speret in Deum, Oratio viduae in festis obsecrationibus, & orationibus nocte, rum desolatarum solameta.*

X 3

D.Hila-

D. Hilar. in princ. expof. Pfal.

D. Hilarius ait, Davidem adhuc pa-
torem per ea defetra non femel melan-
cholia laboraffe? fed parvo pfallerio,
quod fecum circumferabat, divinas can-
nendo laudes, melancholiam expuliffe.

Quin, inquit Caffiod. omnes penè pfall-
mos fuiffe compofitos occasione tribula-
tionum.

Iob. 13.
Orationis ne-
glectum in fe-
ipfo Iob ar-
guebat.

Job in summâ afflictione videns quòd
orando, Deumque laudando confolari
poterat, fe ipfum increpabat: *Quare tacens*
confumor? q. d. Si orando folamen inven-
nio, cur non oro? Sicque ad Dominum
converfus, *Vocame*, inquit, & *refpondebo*
tibi; aut certe, loquar, & tu refponde
mihi, quod totum fit in oratione. Nunc
fermo cum Deo habetur, nunc Deus au-
ditur, &c. hic cor dolore compreffum
aperitur, hic paffiones, hic dolores mi-
tefcunt: *Quare tacens confumor?*

Pfal. 141.

In angoribus animi David, *Effundo*,
inquit, *in confpectu ejus orationem meam*, &
tribulationem meam ante ipfum pronuncio.
Hoc agebat Rex ille fâctus in tot adver-
fitatibus: ante Deum ibat, & ibi cor fuum
aperiebat, ficque magis confolans abibat,
quàm fi cum hoc, aut cum illo tempus
inani lætitiâ contriviffet.

Oratio aurora
mentis.

Oratio, ceu aurora, tenebras preffura-
rum è corde depellit, cor mæftum feren-
nat. Habebat ille nebulam tenebras,
afflictionem, dabat fele orationi exur-
gensque mox aurora tenebras depelle-
bat, cælum animæ fiebat ferenum, evane-
fciebant tenebræ è mente, & corde, quafi
à facie abyffi. Cuiam adfcribendus hic
effectus? Certè orationi. Ofee. *Quafi di-*
luculum præparatus eft egressus ejus. Pagnin.

Ofea 6.
Pagnin.

Quafi aurora præparatus eft egressus ejus.
Deus in oratione vocatus quafi au-
rora illabitur cordi, tenebræque de-
pellit, &c.

Oratio agger
cohibens exun-
dationē arum-
narum.
Pfal. 31.
Alij.
ex Heb.
Ians. lib. de
vitta coccin.
D. Hier.

Pro hac orabit ad te omnis fâctus in tem-
pore opportuno, verumtamen, &c. Alij ex
Heb. *Oret ad te quisquis fâctus est, quam-*
primum anguftiam fenferit, & jam non tanget
eum inundatio aquarum mularum. Quafi
oratio fit velut agger non finens aquas
tribulationum impetu decurrere.

Obfervat Jansen. in lib. quem infcripfit
de vitta coccinea, Salvatorem noftrum,

quociens aliquid pati debebat, toties oraf-
fe. Sic D. Hieron. obfervat paffionem cœ-
ptam, & completam oratione fuiffe, ut
intelligamus, quàm fit neceffaria oratio
in tribulationibus, ac adverfitatibus.

Hæc tantummodò erat folatio ipfi Da-
vid: *Tu es refugium meum à tribulatione, qua*
circundedit me. Alij, *Tu es latibulum meum*
à tribulatione, qua obfides me. q. d. tu me tri-
bulationibus circundas, tu mihi obfidio-
nem adverfitatum ponis, ut ad te folùm
confugiam: Ergo *Exultatio mea* (lætitia
mea) *erue me à circumdantibus me*.

In maximis periculis hoc folùm præ-
ftans remedium, quod gubernator navis
fuggeffit Jonæ: *Quid in fopore deprimeris?*
Surgas, & invooca Deum tuum. Ideò fratres
mei, tempeftates non ceffant, ideò nau-
fragamur, quia nõ furgimus, quia Deum
nofttrum non invocamus.

In mare projectus ut oravit! *Clamavi*
de tribulatione mea ad Dominum, de ventre
inferi (magnotum profundorum, & ob-
fcurotum illorum viferum, pifcis) *clama-*
vi. *Cum anguftiaretur in me anima mea, Do-*
mini recordatus fum, ut veniat ad te oratio
mea. Non desperavi, ut multi in maximis
anguftiis, non iratus fum Deo, ut reprobis,
fed recordatus fum, de confugiendum, ut
fieri poteft, mente ad Deum.

Tribulatio eft fchola orationis. *Indulsi-*
fti genti, Domine, indulfti nunquid glorifica-
tus es? Domine, in anguftia requifierunt te.
Sept. *In tribulatione recordati fumus tui*. Pa-
gnin. *In anguftia vifitaverunt te, effuderunt*
orationem, quoniam correctio tua fuit eis. Qui
orationem nec de nomine noverunt, alic-
ni, &c. in fchola tribulationis edifcunt,
vifitant, &c. effundunt orationem. Fore-
tus in nova editione: *Effundunt orationē*,
hoc eft, orationes aptè concinnant, to-
tàmque explicant dicendi artem.

D. Auguft, ad illa verba Pfall. *Invoca me*
in die tribulationis. Ad hoc enim (ait) per-
miffi diem tribulationis fieri tibi, ut invo-
cares me, quia forrè, nifi tribulare-
ris, non invocares me.

Oratione ex-
oratus eft Chri-
ftus, & finit
fuam paffio-
nem.

Pfal. 31.
Alij.

Tona 1.

Tona 2.

Orationis
fchola tribu-
latio.
Ifa. 26.
Sept.
Pagnin.

Forer. in nova
editione.

Pfal. 49.

